

Johann Sithmann Andreas Vogelsang

**Speculi Imperii Romani Veteris Et Moderni Ex I. 2. ff. de O. I. ad modernum  
usq[ue] Imperii statum, & formam continuati Disputatio Quinta, De Origine  
Legum Civilium, Earumq[ue] Condendarum Apud Romanos Ritu, Magistratibus  
Ante Iustinianum Consulibus Et Proconsulibus**

Stetini: Goetschius, 1651

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757229840>

Druck Freier  Zugang





N. K - 2 (165.)





SPECVLI IMPERII ROMANI  
VETERIS ET MODERNI

Ex l. 2. ff. de O. J. ad modernum usq; Imperii  
statum, & formam continuati

38.

DISPUTATIO QVINTA,  
DE

ORIGINE LEGUM  
CIVILIJ, EARUMQ;  
CONDENDARVM APVD RO-  
MANOS RITU, MAGISTRATIBUS AN-  
TE JUSTINIANUM CONSULIBUS  
ET PROCONSULIBVS.

Qvam

SS. Triade feliciter annuente

PRESIDE

Clarissimo, Consultissimo & Excellentissimo

DN. JOANNE Sichman Pom. J. V. D.

PROFESSORE REGIO,

Præceptore & Fautore æviternum honorando,

Publicæ disquisitioni submittit

ANDREAS Dogelsang / Sed. Pom.

In Acrosterio Majori d. 14. Augusti horis  
ab 8. matutinis.

ANNO M. DC. LI.

---

STETINI,

Typis GEORGII GOETSCHII, Pædag. Reg. Typogr.



## VIRIS

*Magnifico, Nobilissimo, Excellentissimis, Consultissimis, Reverendo, Clarissimis, Doctissimis*

**Dn. FRIDERICO BOHLIO**, Sereniss<sup>æ</sup>.

R<sup>æ</sup>. M<sup>is</sup>. Svec. Consiliario Status per Pomeraniam,  
Hæreditario in Pritzlow &c.

**Dn. ALEXANDRO Sieverdten** / U. J. D.  
& Archi-Dicaster. Pom. Advocato famigeratissimo.

**Dn. JOACHIMO Hammermeistern** /  
J<sup>to</sup> eximio, Archidicasterii Regii Stetinensis Protonotario meritissimo.

**Dn. M. FRIDERICO CRAMERO**,  
Ecclesiæ ad D. Jacobi, Ecclesiastæ longè celeberrimo.

Dnnn. Patronis, Mecænatibus, Favitoribus,  
Promotoribus respectivè Sobrino & affini-  
nibus suis omni observantia & obsequiis ad-  
fectu prosequendis, in animi submissionem,  
sui, Studiorumq<sup>z</sup> suorum commendationem,  
Hanc Disputationem humillimâ animi de-  
votione nuncupare & dicare voluit, ut  
debuit

**ANDREAS Dogell sang Sed. Pom.**

113.

## SPECULI IMPERII ROMANI VETERIS ET MODERNI

Ex l. 2. ff. de O. J. ad modernum usq; Imperii  
statum & formam continuati.

### DISPUTATIO QVINTA

Ad §. 12. 13. 14. 15. & 16.

DE

## ORIGINE LEGVM CIVI- LIUM, EARUMQ; CONDENDA- RUM APUD ROMANOS RITU, MAGISTRA- TIBUS ANTE JUSTINIANUM, CONSU- LIBUS ET PROCONSULIBUS.

RESPONDENTE

ANDREA VOGELSANK STETIN. POM.

**D**omponius iuris ordinem non re&te refert. Fuit namq; juris seu legum condendarum potestas initio pe-  
nes Reges, his exactis jus exercuit populus, olim à Ro-  
mulo adeptum, unde leges tam *peregrinae* qvam *propriae*;  
*Ide* aliunde afferri iussæ; *Ha* vel à collegio Pontificum ab initio  
sunt dictatæ, *vel* postea à populo *vel* *toto*; Rogante Consule sanci-  
tæ sunt, qvarum legum tam originem, qvam condendi ritum Pom-  
ponius oscitanter neglexit: *vel* à parte populi; unde plebiscita,  
Scta, Prætorum edicta (Responsorum prudentium, nisi qvod colli-  
gere licet ex §. ult. terf. & ut obiter sciamus h. tit. æqvè non meminit)  
donec ad *unum* rerum summa translata est.

Si excurrerem latius conjecturæ patrocinio, legum civilium 2.  
† authorem omnium primum (post Deum omnis boni authorem)  
Cainum assererem, qvi à Deo exul in orientem fugatus, primus Ci-  
vitatem Enoch dictam Genes. 4. condidit, primusq; leges civiles  
pro civitatis utilitate sancivisse præsumitur. † Tum enim leges 3.  
scribi

Q

- scribi ceperunt, cum & civitates conditæ, & magistratus creari ceperunt § singulorum inst. de rer. divis. Auctō pōst genere humano civitates plures conditæ, suisq; legibus firmatæ sunt. f. Civitas enim nec regi, nec stare unqvam sine legibus potest, veluti fundamine collisō, qvod exponit Recessl. Imp. Anno 1500. in pr. wenn aber alles &c. ibid. usf denen als Grundposten alle Reiche und Gewalt ruhen/ & Recessl. Anno 1603. §. Wie hoch &c. Qvæ II. ferendarum ratio, per tempora mundi subseqventia in monarchiis necesario continuata est, & etiam in aliis Regnis mundi parallelis apud singulas gentes, qvarum nullam sine legibus unqvam floruisse comperies. Cic. Sed aliâs mundi gentes ex instituto hic taceo, de Romanis tantum legibus, earumq; primis fundatoribus agendum.
5. f. Constat post Trojam eversam, introductasq; ab Aenæa in Latio leges, annos circiter sexcentos & ultra triginta elapsos, cum Romulus in antiqua Roma ampliata A. M. 3198. præter leges civiles & curiatas ferret, qvibus per curiarum suffragia civitatem regeret. f. Exactis Reginis, qvod Imperium ccXLIV. annis duravit, primi Cosl. suffecti, latâq; lege publicolâ, populi jure qvod forte post Romuli tempora, subseqventibus Regibus, detrimentum ceperat, restitutō, ex rogatione ad populum leges ferebant, qvibus tamen & aliis, qvæ ex legibus Regis superant, ante promulgationem LL. XII. Tab. rei Romanæ non plenè erat prospectum.
- Contentio autem ipso tempore erat inter patres & plebem de legum ferendarum competentia, qvam dum plebs per Tribunos graviter ambiret, invidiæ & seditionis rescindendæ causa communiter placuit alienigenas leges Athenis in urbem introduci.
7. f. Rumor increbuerat de Dracous & Solonis legibus l. qvod ait 22. ff. ad l. Jul. de adulter. Ille Tarquinii Prisci V. Romanorum Regis coxtaneus duras leges Atheniæbus tulerat, qva propter malè à plebe affectus Æginæ in theatro occubuit, qvæ leges ejus sanguine humano fuerint tinctæ. f. Solon autem sub Servio Tullio VI. Roman. Rege florens leges sanctissimas scripsérat, magnam namq; legum suarum partem ex legibus Moysis mutuatum esse Ficinus & Eusebius testantur. Triumviri igitur Athenas allegati decem tabulis leges imprimis Solonis descriptas primum propo-

proposuerunt, sequenti anno duas addentes mutuatas à *Faliscis* & *Cretenibus*, quas *supplementa* appellabant, hæ *LL*. *xii*. Tab. dictæ. Creati mox Decemviri legum harum interpretes & judices.

† Decemviratu autem, cum biennium, vel ultra contra legem *9.* durasset, deposito, Legum *xii*. Tabul. pars quædam, demptis duntaxat & abrogatis nonnullis capitibus propter antiquitatem obsoletis, & legum actionibus centumviralium causarum substitutis *Gell. lib. 6. c. 10.* in Republica ex L. Æbutia Tribuni plebis, teste Ludavico Charonda, permanxit, extitit etiam ad prætorum & centumvirorum tempora pontificii collegii judiciū, de quo dixi ad §. *6* & *7.*

† Sed nil minus aliis & novis subinde legibus opus fuit, quærum *10.* cum prærogativam solus sibi populus assereret, in statu populari leges ordinariae non fuerunt, nisi à populo rogante consule ac Senatorio Magistratu ferrentur.

*Modus ac ritus* ferendæ legis uti ex Dionysio Halicarnassæo, Festo & Manutio colligo, erat fere talis.

† Magistratus legem latus juris peritis exhibitis *I. huma-* *num 8. C. de LL.* ne quid inconcinni ferret, domi præmeditata in tabula quædam scribebat, scriptam more boni magistratus ad Senatum L. publiliæ ut ejus authoritate ex Scto ferretur, præsertim si comitiis centuriatis fieret, referebat, si Tributis propter legem Hortensiam rigorose Scto opus non fuit, licet & multas, ex Scto factas, historiae tradant.

† Post promulgabatur, seu in loco quodam editiori publicè *12.* appendebatur, & quidem si comitiis centuriatis ferenda esset in *Campo Martio* si Tributis in *Foro* seu pro *Rosiris* qui locus erat auguratus, raro autem in circu Flaminio, Lucu petilino, & Capitolio.

† Lege per *trinundinum* ibidem appositâ, ut nimirum à die *13.* promulgationis trium hoc nundinarum spacio à pluribus mercandi vendendiq; causa urbem visitantibus lex cognosci posset, idem magistratus legem latus, die quo ferenda erat, festo & comitali, non religioso, ariño, & alieni, horis intra orium solis & occasum (sumebatur initium à media nocte) Jove nec fulgente nec tonante, locum illum repetebat, & per præconem vel cornicinem convocato populō

Q. 2

subji-

subjicione scriba publicè recitatam, ut populus approbaret, sive  
debat. Licebat, donec lex promulgaretur, & aliis magistratibus,  
imo & privatis authoritate tamen Magistratus publice in loco illo  
ad populum concione vadere legem, vel dissuadere.

14. † Alterutro hōc obtingente, vel utroq; nullō tamen Tribuno intercedente, nec legislatore consilium mutante, neve comitiis ipsis aduersis auspiciis impeditis, præsentibus *sacerdotibus* divina exponentibus, *Sitella* vel *urna* deferebatur, in qua sive Tribuum, sive centuriarum nomina conjiciebantur, ut cuius nomen sorte prius exiret, & suffragio potior esset, qvævè primū aut secundū rogaretur.
15. † Hisce Sitellis, urnis, aut cistis suffragiorū causā custodiendis certos homines *Nongentos* dictos in comitiis præfuisse Plinius scriptū.
16. reliquit *eap. 2. lib. 37.* † Cujus enim Tribus vel Centuriæ nomen primum secundum, aut tertium per sortem exibat, in illo ordine habebat suffragium. † Sortitione tribuum aut centuriarum factā, ac ordine suffragiorum dato, dicebat is qyī lēgem ferebat: *Si vobis videtur, Discedite Qvirites h. e. ad suffragia ferenda abite, qvisq; in suam Tribum vel Centuriam.*
18. † Ferebantur autem suffragia per pontes qyī tot erant; quod Tribus erant, aut centuriæ. † Si igitur *Tributis* Comitiis (post L. Hortensiam) lēx erat ferenda, pro numero Tribuum 35, pontibus suffragia lata sunt, si *Centuriatis*, 193. tot enim erant centuriæ.
20. † Hæ Centuriæ in sex Clasēs erant divisæ. Prima Clasē cum equitibus centurias habebat 98. equitum autem erant 18. qui frequenter vincebant; si cumpeditum classe qyæ centuriarum erat 80, conveniebat. Supererant centuriæ 95. qyæ reliquarū erant classium. Prima erat maximi census hominum. Secunda secundi census, quorum centuriæ erant 22. Tertia 20. Quartæ totidem; qyæ centuriæ erant hominum minoris census. Quinta 30. centuria erat hominum minimi census. Sexta Clasē erat hominum pauperrimorum, qyī quoq; cæteris prioribus erant numero pares.
21. † Pontes autem erant *mensæ angustæ* pontium similitudinem habentes, non autem pontes *Tiberini*, ut vanè sentit Afranus. † Cujus ergo Tribus, aut Centuriæ nomen primum per sortem exierat, ex illa Tribu vel centuria qyidam, à Magistratu legem laturo, eligebatur;

batur, quem vel ex primoribus, vel præ aliis sibi maxime faventem  
judicabat, cui in suis pontis parte *duæ tabellæ à Diribitoribus mini-*  
*strabantur.* † Fuere hi diribitores, sic dicit, privati homines, qui 23.  
cum de lege laborarent, ne quid fallaciæ committeretur, aut tabel-  
las ipsi distribuerunt, aut distribuentibus præfuerunt.) † *una cum* 24.  
*hac litera A* qvæ legis antiquationem denotat; altera sic inscripta  
V.R. h.e. uti Rogas, qvarum alterutram in alia qvadam cista in extre-  
mitate pontis deponebat, qvod erat suffragium ferre, post ejusdem  
tribus aut centuriæ suffragia ita continuaabantur.

† Exploratâ igitur Tribus vel centuriæ voluntate, numeroq; 25.  
suffragiorum punctis notatâ reliqvis Tribubus aut centuriis per  
præconem hoc renunciabatur, qvæ si per majora vota priori tri-  
bui, aut centuriæ accederent, sciscitata, vel *lata* lex erat, si minus  
antiquabatur. † Sciscitata autem tum dicebatur cum omnium ci- 26.  
vium juramentó esset confirmata.

† Sic lata, *eneæ* plerumq; *tabule* qvâdrata in cisa, aut in publi- 27.  
co apponebatur, ut oculis civium pateret, aut ad ærarium sive Sa-  
turni, opisve Templum in vico Jugario ad Capitolii radices situa-  
tum, referebatur, quo etiam Sæta deferebantur. † Columnis et- 28.  
jam æneis leges insculpi solitas fuisse, constat ex Cicet. in Orat. pro  
Balb. & Liv. lib. 2.

Leges ergo vel tabulis, vel columnis insculpebantur. † Verum 29.  
ex antiquitatis indagatione constat Romanos præsertim in priva-  
tis scripturis, instrumentis, testamentis, fideicommissis & codicil-  
lis *ceram* adhibuisse, neq; tabulis insculpsisse, sed ceræ lignæ ta-  
bulæ oblitæ inscripsisse stylō ferreo præacutō, vel osseō.

† Hinc *uestovumimw* lignum sæpè pro tabulis lignæ usurpa- 30.  
sur apud Ovid lib. Amor. 1. Elogia sequenii.

Ite hinc difficiles funebria ligna tabellæ

tuq; negaturis cera referta notis

projectæ in Trivitis jaceatis inutile lignum.

At apud Tryphonium in l. quod vulgo 19. ff. de bon. poss. contr. Ta-  
buli ibi bonorum possesio contra lignum h. e. contra tabulas.

† Stylum vocarunt Graphium. Tusci primo ferreo usi, post 31.  
Romani juserunt ut osseo scriberetur, secundum illud: CERAM  
FERRO-

Q3

CERAM  
FERRO-

**F**ERRO NE CREDITO: de Graphio vid. Sosipat. in Grammat. i. Varro.  
& Ovid. in eodem Elogia.

Quid digitos opus est graphium lassare tenendo?

Hoc habeat scriptum tota tabella veni.

Plaut. in Bacchid.

Affer cito stylum ceram, & tabellas & linum.

Cera nonnunquam illō antiquō more cum tabulis, quod nētāt illī  
32. pian. eis. Reg. 20. & Ulpia in l. 1. S. 4. ff. ad L. Cornel. de fallo. † Et  
quā in Tabulis sēpē distincta capita scribebantur, scriptura prima,  
quod ex Ascanio deprehendere licet, dicebatur *prime cera*, subse-  
quēntia capita secunda, tertia, aut quarta cerae. Idem apparet ex  
Sveton. in vita Julii Cæsar. Novissimō testamentō tres instituit hæ-  
redes Sororum Nepotes. C. Octavianum ex dodrante: & L. Pina-  
rium, & Q. Pædium ex quadrante, reliquos in ima cera. Decium  
Brutum etiam in secundis hæredibus. Hanc *imam cera* Scævola  
imam testamenti partem appellat in l. 34. ff. de Usufruct. legat. &  
Cicero Verrin. 3. facit Plaut. in Curcul.

Novi ædepol nomen, nam mihi ist hoc nomine.

Dum scribo, explevi totas ceras quatror.

33. † Posterioribus autem temporibus cum usus chartarum & membranarum freqvens factus esset, desitum est in cera tabulis oblita scri-  
bere l. 1. ff. de tab. exhib. † Veteres tabulas suas & pugillares æqvē  
libros codices, codicillos vocitabant, quæ nobis jam sunt membra-  
næ, chartæ, aut paginæ, de quo vid. Quintil. lib. 10. cap. 3, quānquam  
materia & scribendi ratio longè dispar fuerit; illa olim ligno & ce-  
rā constabat, hodiè pellibus & chartā. Illi stylo ferreo vel osseo scri-  
bebant, jam calamo utimur, & chartā ex contritis linteis facta papy-  
rus dictā, eō quod eundem nobis præstet usum, quem olim Æ-  
gyptiis præstabat papyrus, † quæ erat arbuscula in Ægypti palu-  
stribus nascens, ex cuius frutice præparabantur chartæ acu divisæ  
in prætenues & latissimas phylaras, quæ eō meliores erant, quo  
mediae papyro erant propinquiores. De hisce chartarum generi-  
bus vid. Plin. lib. 13. cap. ii Ægyptii ergo huic papyro inscribe-  
bant stylō ferreō acutō, Romani tabulis ligneis cera oblimitis. Ho-  
diè tin-

*die* tincturā qvādam chartæ inscribimus vel calamō, vel cha-  
racteribus arte Typographicā, qvæ ars singulari Dei beneficiō ad-  
juventa est A.C. 1440. vel 1442. à Johanne Faustio Moguntinō ubi  
primus Typus publicatus. Valent. ab Eichsted. *Chron. Pomer.* Ve-  
rum Polydor. Virgil. inventorem dicit *Johannem Gutenbergum*  
*Germanum Argentinensem*, qvi Moguntiaē primum artem hanc pub-  
licavit, deinde traducta Argentinam, Neapolim & Romam. Alii  
laudem hanc *Germanis* invidentes, eam ascribunt *Italis*, Pompon.  
Lætus. *Batavis* Joan Rauv *Chinenibus* Joh. Consalv. lib. 3. c. 17. Civi-  
cuidam *Harlemensi* eam attribuit Hadrian. Junius.

Sed iste mos erat circa leges ferendas in statu populari. † Ju. 37.  
Ius Cæsar postea jus Comitiorum cum populo divisit, Tiberius (ut  
supra dixi) inter se & Senatum, exclusō populō. Tacit 1. Annal.  
Qvicqvid de hujus successore Caligula non nulli scribant, ut ut hic  
non immerito fuerit Phaeton orbis terrarum, & natrix Reipublicæ,  
qvi totam Tiberii hæreditatem vicies ter millies H.S. seu DCCCXLIV.  
tonnas auri constantem non toto vertente anno absumpsis, Co-  
mitia populo reddidisse, abrogatis ea de re Tiberii constitutioni-  
bus, tributumq; centesimarum sustulisse. Tentavit inquit Sve-  
ton. in Calig. comitiorum more revocatō suffragia populo reddere,  
tentavit qvidem, sed non perfecit, vel certe simulavit. Subseq-  
tibus tamen Imp. populō continuo exclusō uti in infantia Monar-  
chiae, ita & adultiori ætate Senatui aliquivalis mansit authoritas, ut  
nihil ferè magni senatu inconsulto gessisse Imperatores visi, qvod  
*Orationes* ad Senatum testantur, qvarum exempla remonstrant 1.  
*oratio 6. de Sponsal.* l. 1. *de Tutor.* & cumt. l. 8. *de transact.* l. 3. *de donat.*  
*inter Vir & uxor. &c.* † qvæ tamen magis Imperandi, qvam Con- 38.  
fusendi fuere media.

† Tandem Sæcis ferè nullis præviis Consulū potestate ener- 39.  
vatā l. un. C. de offic. *Consul.* Senatusq; authoritate depressā, ab Au-  
gustis leges latæ sunt, qvas adhibitis procerum suorum suffragiis  
considerunt. Theodosius tamen suo tempore Senatus suffragium  
adhibuit, cuius exemplum extat in l. 8. C. de LL. Ridet Justinianum  
Stephan. Forcatulus in *Necyomant.* Jur. Dial. 2. n. 5. qvod seriam  
*Constitutionem Novellæ* 8. cum consilio Theodoræ conjugis  
emisis.

emisisse gloriatur cap. i. ejus plerasq; namq; constitutiones muliebre qviddam sapere. Sed condonamus risum Forcatulo, legat ipse legem Justiniani 8. C. de LL. in qua ritum legum suarum condendarum plene explicat, nec tamen mentionem ibidem facit lux Dorotheæ præterqvam in sola d. Novell. g. c. i. Qvicqvid sit, facile ex eo conjicere est, fortunatum fuisse Justinianum in hoc qvod bonam habuit uxorem. Qui mos fuerit sub Friderico Imperat. patet ex authent. *Habita. C. Ne filius pro patre* qvæ forma legum generalium condendarum cœpit post primas à Romulo leges conditas, elapsis 1910. annis. Theodosii & Valentiani temporibus leges æneis etiam tabulis incidebantur. *I. lauri 2. C. defrument. Urb. Cœstan-*  
**40.** *tinop.* modò tamen à priori populari diversò. † *Qyomodo bodiè,* Reipublicæ formâ penitus mutatâ, leges Generales seu Recessus Imperii in Comitiis publicis constituantur, edisserere non est hujus loci, neq; temporis, videbimus de ea materia infra in disputatione de *Capitulatione Casarea seu L. Regia Germanorum.*

## Pars L. Secunda

*Ad §. 13. 14. 15.*

### De Magistratibus ante Justinianum.

**41.** *Uribus, uti ante Justinianum introducta, & floruere, prælibatis,* *J transit Pomponius ad magistratum Romæ Veteris historiam,* qvam in seqventibus pertexemus, methodo eidem insistentes. Ele ganter Casiodorus. † *Gloria Regni est Magistratus habere exqvitis* *lib. 8. c. 16.* Et Ammian. lib. 30. post Platonem vocat causidicinam πολιτικής μοφής ἐιδώλον Epicurus vero πανοπεχυμα & addit, cum rectè procedunt judicia delubra sunt æqvitatis, cum depravata, foveæ sunt fallaces & cæcæ, in quas si captus ceciderit qvispiam, non nisi per multa exili et lustra, ad usq; ipsas medullas exsiccatus, *Judicium namq; imperitiæ, Rabularum neq; viciæ, judiciorum corrupciæ,* nihil in toto mundo est perniciosius, ad perdendam vero societatem bonorum, & Rempublicam evertendam, nihil melius, nihil convenientius. Magistratum ergo esse oportet justum, legitimum,

mum, qvi jura promit, insontes absolvit, santes punit, ut inter ci-  
ves æqui & boni habeatur ratio, ne fas sit sibi ipsi jus dicere, singu-  
laq; juris remedia ad extremam Tyrannidem, oligarchicam aut  
Anarchicam corruptionem delabantur. Tot. Tit. C. *Ne quis in sua*  
*causa cum similibus.*

† Hic est spiritus ille vitalis, qvem tot millia trahunt, 42.  
Senec de Clement. lib. 1. sine qvo nec domus ulla, nec civitas, nec  
gens, nec hominum universum genus stare, nec rerum natura  
omnis, nec ipse mundus potest Cic. lib. 3. de legibus. † Qvod enim 43.  
placidam & quietam vitam vivimus, qvod spiramus, qvod edimus,  
qvod bibimus, qvod tuti habitamus, debemus Magistratui. Hort.  
led. in Reichshandlungent lib. 1. c. 2. n. 5.

Romanæ gentis gloria mundo toti in exemplum † in magi- 44.  
stratibus juribusq; variis, pro Reipublicæ salute lectis, æternitatem  
merita est, Constitut. de Justin. cod. confirmand. Confer. Novel. 163.  
& 164. in pr. c. principatus 1. q. 1. Novell. 69. in pr. & c. 1. Muret. vol.  
1. otat. 18. Hippol. à Collib. in pr. c. 3. Arist. s. Ethic. circa fin. Legi-  
bus Rempublicam armarunt & armis decorarunt, S. Imperatoriam  
Inst. in proemio, qvem oꝝiaꝝ uicꝝ prudens magistratus recte tempe-  
rat, ut bello ac pace respública recte administretur.

† Ille enim Magistratus laudandus, & à subjectis venerandus 45.  
est, qvi juris ac legum sincerus custos audit, belliq; ac pacis tempo-  
ra æqvabiliter temperat, armis constringendo, legibus conservan-  
do, Rempublicam ædificat, utrōq; mundi cornu recte accommoda-  
tō, † Tenent merito leges dextrum, legiones sinistrum, illis magis 46.  
qvam his, orbem terrarum suum fecere Romani, & qvi ascenden-  
tem videt, & qvi occidentem Solem, & qvi ab utroq; est latere.  
Novel. 69. cap. 1. in pr. † Fortitudo namq; sine sapientia res est 47.  
barbara, & arma sola si per se subsistunt, ultra qvam decet, efferun-  
tur audaciā. d. Novell. in præfat. qvod ipsum repetunt novissimi  
Imperii Recessus de Anno 603. s. Wit hoch und viel denn ja an  
der heilsamen Justitien gelegen/ ohne welche kein Reich/ oder guter  
Nahme in der Welt thinner bestehen kan. Et Recessus de Anno 1500.  
in pr. ibi wenn aber alles dieses unvorsenglich/ wo nicht vorhin redlich  
gut Regiment/ Recht/ Gericht und Handhebunge wehre/ uss denen

R

als

als Grundposte aller Reiche und Gewalt beruhen. Conf. Bald. in E.  
un. C. de caduc. tollend. Et Muret. vol. I. Orat. 18.

48. † Sine hoc enim juris ac justitiae tramite Regna sunt magna latrocinia, quin & sine ea nec Jovis sceptra satis tuta existerent. Don. Garf. Mastrill. de Magistrat. lib. 3. c. 3. n. 26. sed ad extremum quod.
49. vis minitarentur præcipitum d: loc. n. 23. † Per hanc enim Imperii sceptra suscipiuntur, haec ornare, firmareq; Imperium, haec conservare Rempublicam, haec pulchre humanam novit gubernare vitam, haec simul & Deo nihil existit majus Novel. 16; & 164. in p. c. principatus t. q. 1. Hespero, Luciferoq; pulchrior splendet. Hipp. pol. à Collib. in pr: cap. 3. Aristot. 5. Ethic. circa fin. † Haec servata ex potentibus videmus potentes procedere, ex divitibus divites, haec neglecta in omne ævum penè ex potentibus processerunt inanes, ex divitibus autem pauperes, dum patrum injustitiam soboles est secuta, & hoc non cogitant, neq; reputant. Novell. 69. in fin p.
51. † Quod enim Athenienses minus diu quam Lacedæmonii, aut Lacedæmonii minus diu quam Romani floruerunt, causa est, quod Athenæ citius quam Sparta, & Sparta citius quam Roma directa majorum consuetudine deflectens, legum Imperium, Maje- statemq; neglexit. Manut. lib. 6. antiquit. Optimè Cicero contra Rullum: Minime illa popularia existimanda sunt judiciorum perturbationes, rerum judicatarum neglectus, & infirmationes, quæ Civitatum afflictarum perditis jam rebus solent esse extre- mai exitus.
52. Publica jura haec omnia potissimum gubernant; † privata sunt totius corporis Reipublicæ administrari. Illa Provinciarum ac Rempublicarum oculi sunt, Magistratus competens & legitimus caput, privata jura manus, pedesq;, cor & anima justitia est, ut corpus sine capite & corde cadaver est, caput oculis destitutum te- nebricosum, & ad latera palpitat Andabatarum more, ita examinis est Respublica quæ Magistratu legitimo & justitia orbata, elusca- ta est, quæ publicis & fundamentalibus legibus destituta, luxata pe- nitus & desquamata, quæ privatis deficit.
53. † Diu premendus hic dolor si contra morem & famam pro- ximorum temporum arcetatur. Amari, coli, diligi majus regi- mine.

mine qvovis est. † Magistratus competentis & procerum decus 54.  
summum pro incolarum salute agere excubias, summa enim lex, sa-  
lus populi. † Cui magis cōmodat instituta majorum, patriæ ju- 55.  
ra, & fata defendere, defensa sub umbone suo protegere? † Ju- 56.  
cundum sanè juxta ac pulchrum ea qvæ pueri suscepimus, si senes  
posterioris relinqvamus. † Consuetudinis amor magnus est. Ubi in 57.  
leges & verba jurabimus? Qvā relligione mens falsa terrebitur?  
† omnia siqvidem Deo plena sunt inquit Symmachus, nec ullus per- 58.  
fidis tutus est locus.

† Qui ergo secundum jura hæc & leges Rēpublicam gubernet, Magistratum esse oportet legitimū & competentem, qui vel electionis vel successionis legitimū titulō, aut manu Regia ex justo bello ad Regimen aspiravit, alias sine titulo incompetentis impeccata non ligant, neq; Reipublicæ civibus ac incolis invitatis præjudicant, per ea qvæ tradit Reineking. de Rēgim. secul. & Eccles. l. 1. claf.  
1. cap. 5. n. 29. & per tot.

† Romani Imperii Majestas uti legitimis Magistratibus ce- 60.  
pit, ita & hucusq; qvā caput, qvā membra dignitatem & eminen-  
tiam suam conservavit, durabitq; cum seculo Daniel 2 & 7. Qvod  
& ipsis Romanis olim perswasum fuit juxta illud Junonis apud  
Virg. lib. 1. Aeneid.

His ego nec metas rerum nec tempora pono  
Imperium sine fine dedi &c.

† Primus Magistratus fuit *Regius*, cepitq; in *Romulo*, qui per au- 61.  
gurium & populi suffragium legitimè Rex declaratus Romanæ  
gentis gloriam per xxxvii. annos fundavit, subsecuti alii Reges sex  
qui primam Romani Imperii ætatem ccxlii. annis terminarunt  
supra dixi ad § 3.

† Secundi à Regibus erant *Tribuni celerrimi* à Romulo eqvi- 62.  
tibus ccc. numero, ex generosissimis familiis robustissimisq; cor-  
poribus, qvos celeres à celerritate appellavit, electi, primum præfe-  
cti, † qui per urbem eum sequentes cum telis administrī iussorum 63.  
essent, & in exercitu propugnatores. Celeres hac tempestate fuerunt  
qui *hodie equestris* appellantur † à *Celere* interfectore *Remi* sic di- 64.  
cti Fest. lib. 3. Multa hi in certaminibus corrigeant, primi pugnam  
R. 2 capes-

capescentes, & ultimi prælio excedentes: Ubi campus eqvæstri pugnæ esset idoneus, eqvites, & ubi asper, inviusq; eqvis locus es-  
set, pedites.

65. † Dux horum dicebatur *Tribunus*, cui suberant *centuriones* &  
*Decuriones*, qvem morem à Lacedæmoniis Romulum mutuatū esse  
Dion refert. *Nume* vero displicuit, ut Plutarchus refert: Assum-  
ptus Imperio omnium primum trecentorum illorum turmas, qvi-  
bus ad tutelam corporis Romulus usq; utens, celeres appellatos,  
dissolvit. Neq; enim dignum putabat, aut credentibus minus  
credere, aut non credentibus imperare. *Appellati* & *Flexumines*, &  
*Frostuli*, qvod nomen prius magis cōtemptui fuit, ut Plinius memo-  
rat. Subseqentes vero Reges hoc institutum Romuli continua-  
runt. † Ipseq; Junius Brutus M. Junii Filius ex Tarquinii prisci  
filia susceptus Tarquinii superbi (ut conjicio) *Tribunus* celerum  
67. fuit. † postea *Consul* factus primus, Regumq; ejiciendorum au-  
thor extitit.  
68. † *Brutus* dictus qvod plæraq; bardè & fatus ageret, dummo-  
do Tarquinii superbi, qvi patrem Bruti cum Tullo Rege occiderat  
Tyrannidem subveritus, tempus sibi oportunum non esse vifum  
69. sit, stultitiam simularet. † Hunc demptis bonis omnibus sub se-  
cuestodiebat Tarquinius, non honoris gratiâ, sed stulte dicentem,  
70. stulta agentem, ut adolescentibus Regiis risum moveret. † Hic,  
cum Delphico Oraculo preciosa qvæq; alii offerrent, baculum li-  
gneum aurô suffusum (qvod alias latebat,) obtulit, qvibus in risum  
versis, vox ex oraculo reddita, qvi primus oscula matri daret, huic  
fato datum esse Romanum Imperium, aliis remorantibus ille in-  
terrâ prolapsus, eam protinus osculatus est, tanquam commu-  
nem omnium Matrem.  
71. † Tarquinio autem Ardeam obſidente inter commesationes  
Regionum adolescentium in convivio S. Tarquinii mentio incidit:  
de uxorum præstantiore laude, cumq; Collatinus suam *Lucretiam*  
omnibus præferret, incalescentes vino, omnes citatis eqvis Romam  
advolant, deprehendentes ibidem Regias nurus conviviis & lusu  
occupatas. Inde Collatum pergentes, Lucretiam lanæ inter lucu-  
brantes ancillas in medio ædium deditam inveniunt. Laus ergo  
erat.

et penes Lucretiam; cuius insanō amore statim captus S. Tarquinius, paulo post insciō maritō Collatīnō, Collatiam rediens terrore: & minis viētrix ejus libido obstinatam Lucretiæ pudicitiam superavit...

Qvem casum Lucretia acerrimè ferens, ascensō confessim curru, veste lugubri cultrō sub stola absconditō Romam veniens, re tota patri & cognatis plērisq; apertā (maritus autem & J. Brutus in castris erant) eductō cultrō vulnere lethali ad cor usq; unō iictū ferum trudit, implet luctus domum; convocantur per Valerium Tati: pronepotem ex castris Collatinus maritus & Junius Brutus. Atrox est visum omnibus facinus. Una fuit omnium vox præstaremori qyam hasce sub Tyranno idē pati contumelias.

Deliberant de futuro Imperio, Bruto vero de committendo Regno *Consulibus* apud Lacedæmonios usitatis. Consilium arridet omnibus adstantibus. Visum est donec omnia peragantur creari. Inter Regem Sp. *Lucretium*, Lucretiæ patrem, à qyo constituendos esē habituros antea Regiam nunc Consularem potestatē. Hisce præcogitatis & discussiōs exeunt omnes simul cum servorum cetera in forum, super lectō nigris vestibus constrato incultam, sanguineq; conspersam mortuam portantes ante curiam in alto ponunt, populumq; in concionem Brutus advocat. Congregantur centuriæ. Brutus rogit Tarquinios ex urbe Roma, Romanorumq; regione genusq; eorum omne esse proscribendum? Populus annuit & iubet. Post ita Brutus, Regnum qvidem nobis visum est non amplius constitui oportere, Principes autem singulis annis binos creare Regia potestate, qvos vos in comitiis designabitis. Ferentes calculos per centurias suffragia ita à populo declarantur, neq; adversus calculū ullus fuit. Post hæc progrediens Brutus Inter-regem designat Sp. *Lucretium*, isq; solvens concessionem, jussit omnes in *Campū Martiū* ire, in qyo eis consuetū erat habere comitia. Hisce celeriter advenientibus elegit dūos viros *Brutum* & *Collatinum* Lucretiæ de mortuꝝ maritum. Vocatus populus per centuriās, sanxit eorum Imperium. Itum est *Ardeam* ad persuadēndos milites ad defectiōnem. Qvod facile obtentum est. Rex iis auditis Romam veniens adcomprimendos motus, nec obviā eis, qvi ad exercitum missi erant;

erant, factus, portas urbis clausas invenit, exiliumq; ei indicum est.  
Hæc ex Livio & Halicarnasi.

*Ad §. 16.*

**De Consulibus & Proconsulibus.**

72. † R egibus ergo exactis, ceperunt alii creari Magistratus vel *ordines* qvi itatis temporibus & semper in Republica essent, ut *Consules*, *Prætores*, *Ædiles*, *Tribuni*, *questores*; vel *extraordinarii*, qvi nec eodem tempore, nec semper, ut *Dictatores*, *Censores*, *Interreges*, Horum alii erant *Patriciū soli*, qvi fuere *Interreges* vel *Plebeii soli*, ut *Tribuni* & *adiles plebis* vel *mixti*, ut *reliqui omnes*; Aut etat vel *Maiores* qvi auspicia majora habebant. Agell. lib. 13. c. 14. quales erant, qvi *lictorem*, *Viatorem*q; habebant, iiq; omnes erant exceptis *edilibus* & *questoribus* vel *minores*, qvi non habebant. Aut deniq; distinguebantur ab *insignibus* in *curu' es*, qvi *ius Selle* ut *Dictator*, *Consul*, *Censor*, *Prætor*, *Ædilis Curulu*, habebant. Et non *Curules* qvi fuere ceteri omnes l. 31. ff. de *injur*. Primus ergo post Reges exactos ex Magistratibus ordinariis fuit *Consulatus*. Duo namq; ut præfatū est, Coss. ex patribus Comitiis centuriatis anno ab **CCXLV**. sunt electi L. Junius Brutus S. Tarquinii avunculus, & L. Tarquinius Collatinus, Lucretia Martius. † Qvi tamen propter odiosum *Tarquiniorum nomen*, qvod gærebat, & qvod *conjuratos* de reducendis *Regibus* impune dimittere voluerat, populo se nimis suspectum reddidisset, svasu Bruti ultrò mox cum consulatu civitatem linquens in exilium abiit. † Ipse vero J. Brutus odio Regum exactorum *Tutum* & *Tiberium* filios, qvod cum *Vizellus* & *Aqvilius* de recipiendo in urbem Tarquinio conjuraverant, ipse Pater præfens virgis cæsos, securi percuti justit. † Suffectus L. Valerius Publicola qvi collegam ascevit Sp. Lucretium, Lucretiæ patrem, jam ætate grandem, Brutō, quem Matronæ Romæ anno luxerunt cum Arunte, Tarquinii Superbi Filio in cruento & acri prælio occiso, Hlō itidem brevi extincto *Honarium Pulvillum* Collegam nactus est. Consularis itaq; annus primus fato ferè infelici *quinq;* expertus est *Consules*.
73. † Dicti, qvod Reipubl. plurimum consulerent, † ideoq; & insignia
74. 75. 76. 77.

in signia & diademata Regum usurpabant quales erant XII. *secures*,  
*tribea*, *sella Curulis*, *annuli*, *phaleræ*, *paludamenta* *prætexta*, *toga picta*,  
*tunica palmata* *scipio* vel *sciprum eburncum*... Dionys. lib. 2. &  
alia imperii insignia, quibus imperii majestas eminebat. † qvæ 78.  
singula Etruscorū Reges, Etruscis plenē devictis, Regi Romano-  
rum tradere, Tarquinium prisum cæpisse Dionys. Halicarnass.  
scribit, qva de re Silius Italus inqvit.

Mœoniaq; decus qvondam Vetulonia gentis  
Bissenos hæc prima dedit præcedere fasces.  
Et totidem junxit tacito tetrore secures,  
Has altas ebori decoravit honore Curules  
Et deinceps Tyrio vestem prætexuit ostro.

† Latum tamen est, ne essent plures Cosi. qvam duo (ut diviso im- 79.  
perio si alter malus esse voluiset, alter eum, habens potestatem si-  
milem, coerceret) iiq; annui, ne diurnitate insolecerent, & civiles  
semper essent, qui se post annum scirent privatos esse futuros. *Eutrop.*  
lib. 1. neve ambobus simul, sed alternis vicibus XII. fasces à lictori-  
bus, Securesq; XII. præferrensur. † Collegas namq; singulis men- 80.  
sibus sibi invicem secures tradere, jus fasq; habitum. Inter ea ta-  
men Consul is, qui sine fascibus, ne nullo insigni nosceretur, *Ao-*  
*censum* habebat, qui eum præcederet & *Lictores*, qui sequerentur  
cum *virgis* & *bacillis* Dionys. lib. 5. in init. Sveton. in *Julio*. cap. 20..

† Ab Eqvestribus distinguebantur latō clavō & Jure spectan- 81.  
di in *Orchestra*, atq; epulandi publicè, item lunatō calceō, qvod vi-  
dere licet ex Plinio lib. 33. c. 1. & Lampr. in *Alexand.* hinc illud Ul-  
piani in *institut. tit. 7.* Clavus est nodus, vel globulus purpureus, au-  
reusve in modum clavi texti in vestibū Senatorum. Hoc amplius  
principalibus constitutionibus concessum est mulieri in hoc dona-  
re viro suo, utis ab Imperatore latō clavō vel eqvō publicō honore-  
tur, qvod & tradit Gajus in l. nuper ff. de donat. inter vir. & uxor.  
† Habebat latus clavus Senatorius latiorem purpuram, qvod col- 82.  
ligitur ex Plinii d. loc. de cuius forma qvicq; vam ex Quintiliani lib.  
XI. cap. ult. elici potest. † Calceos in super Senatorius ordo seu Patri- 83..  
tii nullus dictos. Lune impressos effigie habuerunt, quibus ab E-  
qvestribus

- qvestribus & multo magis à plebe discriminarentur. Cic. 13. in Att.  
 84. ton. orat. † Causa hujus calceamenti probabilior, qvod propter  
 ad sutam calceis Lunæ figuram, non sideris, sed centenarii numeri  
 nota significaretur, qvod initio centum Patres Romulus creasset,  
 Plutarch. in problem. Isidor. lib. ult. Etymolog. cap. ult. Zonaras. tom.  
 2. de Sellis & prætextis vid. Isodorum lib. 29. c. 1.
85. f Habuere insuper Consûles præsertim in actibus Trium-  
 phorum, & Solennibus Deorum festis, sceptra, Coronasq; aureas,  
 & violaceas Liv. lib. 2. Eratq; ante Publicolam penes eos Regum  
 Majestas pene integra, hòc exceptò, ne si ambo fasces haberent, du-  
 plicatus terror videretur. Vairo lib. 4. ling. latin.
- Lictores carnificis officio fungentes virgarum fasciculum  
 cum securi ligatum portabant, Magistratusq; præibat, ac qvoties  
 jussi erant fascem solventes, primo virginis reum cædebant, mox se-  
 curi feriebant. Livius de cæde filiorum Bruti: missiq; lictores ad  
 sumendum supplicium nudatos virginis cædunt, securiq; feriunt  
 † Virgas gesserunt alligatas, ut qvod medicari posset his corrige-  
 rent securibus, qvæ medicari non possent, abscinderent, vel qvod  
 Magistratus iracundiam cum ligamento qvodam temperandam  
 86. esse, significant. † Circa hæc insignia alia recepta fuerunt tempo-  
 re Consulum alia Imperatorum. Illis freqventius in usu erant Fa-  
 scæ duodecim cum lictoribus, sella curulis, prætexta toga, scipio ebur-  
 neus, cui effigies aquilæ ex auro erat imposita Juvenal. Satyr. 10. Isi-  
 dor. lib. 17. c. 2. illud conjicitur ex Liv. lib. 3. ubi ait: Gallum qven-  
 dam à Scipione eburneo perculsum à M. Papyrio. Reliqua, qvæ  
 ad majorem pompam faciunt, à principibus esse addita, vel com-  
 mutata conjicitur ex Lamprid. in Alexandro. Capitolino in Gor-  
 dian. Casiodor. lib. 6. Epist. Ennod. in Panegyrico Auson. in Pane-  
 gyric. Gratian. Immutarunt etiam aliquid in fascibus, qvod Patet  
 ex l. 1. C. de Cosf. imo & Laurum perpetuam addidisse, colligitur ex  
 Martiale lib. 10. Epigram. 10. & lib. 12. Epigram. 3. Casiod. lib. 2. variar.  
 Epistolar. 2. qvi tamen non intelligendus, secures, qvas ademerat  
 Valerius, Imp. restituisse. lib. 6. qvia restituit eos statim Titus  
 Largius primus Dictator, additò tamen, ne in caput civis Romani  
 sœvirent sine jusu populi.

† Cate-

† Cæterum consulatum petiturus, habitis ad hoc à Principe 87.  
 Senatus comitiis centuriatis in ipsis Calendis Januariis ex capitulo in campum Martium candidâ togâ induitus se sistere habuit necesse, in quem, quosve igitur populi suffragia consularibus comitiis auspiciisq; rite peractis concurrebant, si iive consules erant designati. Qvo facto à populo & Senatu deducebantur in capitolium, ut vota conciperent, & singulos boves fori immolarent, dein à Capitolio deducebantur in Senatum, ubi in libera republ. gratias agebant populo Romano, tempore Principum vero Principibus, qvo ipso etiam die munera Consularia mittebant amicis, & pecunias spargebant in vulgus, ad centena auri pondo, quæ effusio correcta est, in l. 2. C de consul. A creatione vel designatione primis 5. diebus in leges jurare tenebantur, idemq; præstare solitum fuit cum consulatu abibant anno delapo se nihil contra leges fecisse.

† Erant autem Consules vel ordinarii vel extraordinarii seu 88. minores vel suffecti. Illi Calendis ut dictum Januariis creabantur, Plutarch. in Mario à quorum Magistratu annorum numerus signabatur, qui & duntaxat in Chronologiis memorantur, solumq; rogabant leges §. lex est Inst. de I. n. g. &c. Minores erant, qui Calendis Martii, Maji de tempore præsertim Imperatorum constituebantur, qui chronologis ignoti, nulliq; actui nomen dedere. † Raro 89. enim per integrum annum sub Cæsaribus consules administrasse notat Coras. ad hunc §. exactis n. 4. & seqq. Ab ipso Julio Cæsare plures uno anno Consules facti A. V. DCCVIII. Designabantur namq; in tres, duos, vel unum Mensem, qui mos duravit usq; ad Constantimum Magnum, qui consulatum iterum annum fecit, pro suffectis vero novum genus reperit, quos Consulares dixit, vid. Cassiod. lib. 6. Epist. 21. fac. l. 4. C. de Coss. † Constat autem ex Cic. 90. Philip. 5. Legitimum Consulatus annum fuisse 43. Cic. Philip. 2. † Horum officium ita comprehendit Cic. lib. 3. de legib. Regio imperio duo sunt: iugando, judicando, consulendo, Praetores, iudices, consules appellantur, militia summum jus habento, nemini parento. Ollie salus populi suprema lex esto. Sciendum Consules Ciceroni dici praetores, repetita vocis appellatione ab antiquo more, quo omnes Magistratus & Judices Praetores dicti, quomodo interpretandus est

S.

Festus,

Festus, Plinius lib. 18. c. 3. Liv. lib. 3. Varro lib. 5. de ling. Latin. Justinian. in Novell. 24. & 25. Primo namq; Reges, deinde primi Consules usq; ad Decemviro per 58. annos munus Prætorium obierunt. Decemviratus duravit ultra triennium, deinde cepit collegium Pontificum qvod judiciis interfuit, & duravit, uti ego computo usq; ad A. V. ccclxxxix. qvo tempore primus prætor Sp. Furius Camillus Marci Elius creatus est, insecuri post alii, de qvo vid. Disp. 4. ab initio.

92. † Hic Magistratus nisi interfuerint decem anni, nulli datus est. Cic. 3. de legib. qvod postea vel necessitate, vel ambitione, vel vi desvetum, idq; ostendunt Sex Valerii Corvini: Septem Caii Martii: Tredecim Augusti: Septendecim Domitianus Consulatus. Auson. expertum æqvè ob motus Hypseonei, Scipionis & Milonis A. V. 702. unum fuisse Consulem. C. Pompeium creatum Flor. ad Liv. 107. Minores Consules uno anno tres quatuorvè fuisse vult l. 20. §. 6. ff. de petit hered. Toto anno ccccxxxix. nullos fuisse Consules refert Liv. lib. 9. † Publicola autem Tyrannidis. Régiae suspectus factus, ut Majestatem Consulum amputaret destructa prius domo suâ magnifica ab stultis à fascibus secures, constituitq; futuris post se Coss. consuetudinem, ut cum extra urbem essent ute rentur securibus, intus tantum fascibus ornarentur, quam Legem Publicolæ restituerunt L. Valerius & M. Valerius Coss. Liv. lib. 3. † Errant autem fasciculæ virgarum ex betula Gallica arbore candissima colligatae.
93. † Tulit & legem de provocatione ad populum insuper si quiss Consulibus non pareret quinq; boum & duarum ovium multam. 94. imposuit, † nummis enim tum non utebantur Romani Plutarch. 95. in Publicol. † nevè Coss. in caput Civis Romani injussu populo animadverterent, solâ illis vinculorum publicorum seu carceris coercitione relictâ. Unde l. 2. ff. De ius vocand. ubi cum de Consulibus loquitur Ulpianus, qvod Imperium habeant de minima Imperii specie scil. jure carcerationis intelligentum esse indubium est, de qvo criminali judicio ago pluribus ad §. 20. 21. 22. cum seqq.
96. † Habebat alias ex Romuli indulgentia populus hæc tria præcipua & Privilegia: Magistratus majores creare: leges sancire: de bello referens

referente Rege habere arbitrium, post Dyonis. refert. Forst. Histor.  
Juriis Roman. l. i. c. 6.

† Multum ergo eis de Regia potestate fuisse ademptum etiam ab initio disserit. Wesenbec. in paratit. ad finem de offic. Consul. sed sine ratione. Non enim duorum sed unius gerebant Regis insignia, ne duplicatus terror videretur, Regium namq; nomen cum potestate Regia abominabantur Romani, ex optimatum modo & Regia administratione temperata Reipubl. forma existente, cuius caput qvondam erant Consules, qvorum virtute præsertim bellicâ per CCCLXI. annos res Romana amplissimè crevit, qvod ex Historiis colligere est vid. cap. 1. ad §. 1. Intercessiones Tribunorum multum etiam obstitere Consulum Majestati, qvemadmodum & reliquis ferè omnibus Magistratibus majoribus.

† Tandem evenit, ut actus Jurisdictionis voluntariæ duxat exercere potuerint, contentiosâ ut plurimum concessâ cæteris Magistratibus præsertim centumvirali collegio sub Prætorebus, merò imperiò primum populo & Qvæstoribus, ultimo principibus l. ult. ff. de offic. Consul. ubi ulpian. pro more sui seculi, (vixit enim sub Alexandro Severo) Cosl. Consilium præbuisse manumittere volentibus, ait. Quid sit Consilium exercere explicat Theophil. ad §. eadem 4. Institut. qvi & ex qvibus causis Alciat. lib. 1. παρεσεγ c. 41. Et Ulpian. in fragment. Tit. 1. §. eadem lex 8. ibi in Consilium adhibentur Romæ qvinq; Senatores, & qvinq; eqvites Romani, in Provincia viginti recuperatores Cives Romani. † Indubium est Consulum amplissimam dignationem floruisse ante Imperatorum tempora, ut opinor post ejectos decemviros, anteqvam collegium pontificum plenè fundaretur, Consules primos ordinario jure præter curam regiminis, qvæ ipsis incumbebat, in causis privatorum judicasse, non autem post collegium pontificum stabilitum, nisi cum Scđum esset ferendum, vel casu sic ferente extra ordinem aliquando judicaverint, privatis enim judiciis pontificale Collegium præstitutum fuisse, monstravimus ad §. 5. 6. 7. successisse continuo prætores & centumvirale collegium. Atq; horum

rum tempore si unquam contigisset, extra ordinem judicasse  
 Coss. dicendum foret, nisi Consul in causa ardua judex esset à  
 Prætore datus l. i. §. . ff. de jud. l. ex consensu ff de appellat. vel Qvæ-  
 sitor à populo constitutus §. 20. 21. 22. 23. ad verb. Et qvæ cum  
 102. seqq. † Cura ergo Regiminis & status publici conservatio co-  
 103. rum muneris fuit ordinarii, † ut verè appareat Ictorum & Cæ-  
 sarum temporibus, licet magna Coss. potestas videretur, Dicit  
 modo causā, & subactam dignationem fuisse, cum ab Imperato-  
 ribus per orationes consulerentur, vel extra ordinem ipsis ju-  
 dicandi munus aliquando concederetur, qvæ ipsa authoritas ut  
 plurimum ad Adrianum duravit, qvi Consulibus cum judica-  
 rent sæpè asseditte refert Dion. in Adrian. sub Alexandro Seve-  
 ro voluntariam habuerunt jurisdictionem & potestatem, quantum  
 eis Imperatores indulgere & concedere voluerunt l. i. 2. & 3. C.  
 de Consul. l. 2. ff. de in jus vocand. l. i. §. penult. ff. de appellat. Ex  
 qvæ lege singulariter notandum qvod idem Ulpianus dicit l.  
 Consules ex rescripto principis judicem dare posse, Ergo Ma-  
 gistratus tunc non fuere ordinarii, qvi in contentiosis causis  
 judicem dare non potuerunt, qvæ nota ordinarii Magistra-  
 tus est. l. i. §. 1. ff. de offic. præf Urbi. 2. A Sententia judicis  
 sic à Consulibus dati, non ad præfectum urbi, sed ad ipsos Con-  
 sules appellari, qvod non habuerunt jure proprio sed ex pri-  
 vilegio.  
 104. Qvod alibi ait † Ulpian. in l. 50. ff. de condit & demon-  
 strat, dari arbitrium à Consulibus, si cuidam sub conditione  
 rationum reddendarum libertas data sit, Jurisdictionem Con-  
 sulum non auget, in quo singulariter allaborat Duaren. ad Tit.  
 de Consul. sed deprimit, potest enim qvisq; privatus, vir bonus  
 ex commissione partium arbitrium recipere & sententiam lit-  
 gantibus extraordinariè dicere l. 3. §. pen. ff. de recept. qvi ar-  
 bitr. l. 32. §. 15. l. 37. l. 44. ff. cod. Qvæq; & alias extra compe-  
 tentiam fecere ex Impp. permisso, non vi Jurisdictionis propriæ  
 effectum est qvod ipse refert Ulpian. in d. l. 50. ex D. Pii permis-  
 su hoc in facti specie Coss. egisse fac. l. 53. ff. de Judic.  
 105. od :† Qvod & à sententia judicis à Consulibus dati non ad  
 præfe-

praefectum urbi, sed ad ipsos Consules sit appellandum, & quæ factum est ex Principis rescripto l. 1. §. 3. ff. de appellat. ibes. 103. in fin.

Idem loquitur textus de permisu Augusti in §. 1. ff. de alieni. legat. Instit. de fidei commis. bared. in simili intelligendus est textus in l. 57. in fin. ff. de Re Judicat. Vel certè ex prorogata jurisdictione Consuli jus dicendi potestatem attribuit, uti omnes judices alias in competentes ex conventione, & consensu partium competentes sunt l. 4. C. de jurisdic. & for. compet. l. 1. ff. de judic.

† Nec obstat §. 10. Instit. Ulpiani de fideicommiss. Ulpiani 106.. enim fragmenta & institutiones à justiniano in corpus Juris non relatæ autoritatem nullam habent vid. cap. 4. Nec opus ad loca obscuriora dilucidanda hoc textu utamur, qvia loca juris hoc in passu satis clara, qvod cernimus. Invalescente tamen prætorum autoritate jurisdictionem contentiosam perpetuam tandem nacti sunt in civilibus prætores, in criminalibus præfecti prætorio urbi, nisi qvod aliquando ex rescripto vel jussu principum Consules, ut jam dictum, contentiojurisdictionis munera qvædam extraordinario modo obirent, qvod prægressis textibus visum. Vel quando ex corpore Senatus ipse Consules. Quæsidores electi, qvod testatur Plinius, Seneca, Sveton.

† Nec obstat. l. tutores ff. de administrat. tutor. Adhuc enim 107.. sub judice lis est, an de veritate juris Civilis datio tutoris jurisdictionis vel Imperii sit, an lege vel Scto aut rescripto principum veniat per verba expressa in l. 6. §. 2. ff. de tutel. † Constat 108.. Tribunos plebis tutorem dare potuisse ex L. Attilia Tot. tit. de Artibian. Tutor. qvi tamen jurisdictionem nullam habuerunt Aul. Gell. 13. Noth. 12. † Patres privati Testamento tutores 109.. dare posunt, qvi tamen jurisdictionem non habent; Tit. de Tertian. Tutel. † Praesides provinciarum habuerunt jurisdictionem l. 3. & 4. ff. de offic. præsid. attamen non propterea dederunt tutores, sed qvod eis hoc in specie L. Julia & Titia esset indulatum l. r. ff. de tutor. & Cur dat. l. fin. de offici Jurid. Authoritas ergo tutorum in d. l. tutores §. tutores parum exmente Duarenii pro jurisdictione Consulum facit, qvia ipsa tutoris

*Datio Jurisdictionis non est, de quo in materia tutelarum agere plenius.*

III. † Quid ergo illud *jus Consulū?* Dicerem & rescripto Principis Consules in d. § facti, specie tutoribus authores fuisse. arg. l. l. allatarum, qvia constat Consules jus dandi tutores vel qvicquam horum non hauiisse. Qvia nec prætor, qvamvis Jurisdictionem habebat nec hæredem facere §. Quos autem solus *Instit. de bon. possess.* nec tutorem sine lege dare poterat. l. mutus §. tutoris *datio ff. de tutel.*

¶12. Præterea constat, † Consules rogationibus ad populum deniq; fuisse destitutos, & sub Augustis non ut olim à populo comitiis centuriatis, sed ab ipsis Augustis esse electos, qvod fatetur de se Ausonius: *Consul ego Imperator Auguste munere tuo, non passus septa neq; Campum, non suffragia, non puncta, non loculos, qui non pensaverim manus, nec consalutantium confusus occursu, aut sua amicis nomina non reddiderim, aut aliena non imposuerim: qui tribus non circumivi, centurias non advolavi, vocatis clasibus non intremui, nihil cum diribitore pepigi, Romanus populus, Martius Campus Equester ordo, rostra, ovilia, Senatus, curia, unius mihi omnia Gratianus in Gratiar. action.*

¶13. Erant † quidem ante occupatam Rempublicam ampla Coss. munia. Capit habebant Reipublicæ Coss. Militia jus summum tenebant. Tribunos militum, Centuriones, præterea constituebant. Cic. 3. de LL. Polyb. lib. 6. Habebant jus in provincias, evocabant exinde subditos, coercebant, puniebant. Polyb. d. loc. Comitia convocandi, legesq; rogandi jus eis erat: Literas à Præfectis & Gubernatoribus Provinciarum recipiebant: Legatos audiebant: Qvicquid per populum, Senatumve siebat horum manu expediebatur Dio Casf. lib. 40. Polyb. d. lib. 6. Senatum convocatum dimittebant, sententias rogabant, numerabant, dividebant. Multa alia temporis & pagellarum ratione habitâ mitto, qvomodo hæc tempestate floruerit Coss. dignitas, & postea imminuta sit ante omnia consulendus est Cassiodor. lib. 6. Epistol. Claudian. in Europ. lib. 1. Arrian. lib. 4. † Cen-

† Consulum Regimen fuisset magis diuturnum, nisi seditionibus & motibus variis urbs agitata mutationem Respubli-  
ca postulasset. Major potestas hactenus erat Romæ penes pa-  
tritios in Consulibus & Dictatoribus, Tribunis exceptis, qvi ex  
plebe eligebantur. † Hi tunc Magistratus non erant, nil mi-  
nus tamen omnia seditionibus & motibus implentes, omnemq;  
prerogativam, qvâ hactenus Patres usi, plebi conferri & com-  
municari pertinaciter & morose urgentes, fregisse tandem Patres  
visi sunt † lataq; lege Terentia de Decemviris (Livius habet 116.  
qving; viros, quem seqvitur, Thom. Lindeman. histo. Jur. Rom.  
Thes. 94.) placuit ne superior potestas legumq; rogatio ulterius  
penes Cosf. ex Patisbus esset, sed eligerentur qvi aliunde præsentim  
ex Græcis civitatibus leges afferrent.

Consulatum ergo excepit Decemviratus per triennium, qvo  
rurus ejecto, rei summa ad Consules rediit. † Duravit autem 117.  
primum Consulum Regimen, ut supra monuimus, ad decemvi-  
ratum, annos LIX. Primi namq; Consules J. Brutus & Collati-  
nus electi A. V. cœlv. Decemviri electi A. V. cccim. Redinte-  
gratum Consulum Imperium à Cosf. L. Valerio Potito & Mar-  
co Horatio Barbato A. V. cccvi. Comitiis centuriatis creatis,  
duravit ad ultimum Consulem Basiliū ad xv. annum Justinia-  
ni, qvod tempus numero DCCCLXXXVII. annorum.

Alii ab hisce Consulibus erant † *Proconsules* eorumq; 118.  
*Legati* Provincias administrantes qvorum magna erat dignitas  
& præsidiale longè præcedebant. Qvod ut eo exquisitius in-  
telligatur, sciendum † Romanos habuisse sibi fæderatos & so-  
cios, qvorum nudam protectionem, non dominium habebant  
Alexand. 6. Cons. 13. † Præter hos & gentes plurimas à se 119.  
devictas, qvas non tantum Imperio suo subjiciebant, sed & Ro-  
manis Legibus vivere cogebant. Hoc erat propriè in Provin-  
ciæ formam redigere, & qvamvis ex hisce qvædam suis II. com-  
mitterentur, nihilominus tamen Romanis erant subditæ Gell.  
26. Noct. Attic. 11. Pædian. in 4. Verrin. Plin. lib. 10. c. 57. 83. 84.  
† In hasce gentes intuebantur Proconsules summo Imperio pol- 120.  
lentes, habentes legis actionem, atq; ea qvæ specialiter lege de-  
fereban-

122. ferebantur. Brisson. 3. select. antiqu. 14. Cujac. in parat. 1. † I-  
deoq; & Imp. interdum hoc munere functi qvod testatur Capit-  
123. tolin. in Pertinace & Lamprid. in Alexand. † Ante ingressum  
in provinciam voluntariam habebant Jurisdictionem l. 1. 2. 3.  
ff. de offic. Procons. post ingressum cum Jurisdictione, mixtum  
merumq; Imper. im, qvod tamen legato non mandabat nisi ex-  
tra ordinem. .. solent. 6. ff. eod. l. erit C. eod. Plura de hujus offi-  
124. cio refert Ulpianus in l. nee quicquam ff. eod. Novell. 17. † Fini-  
tur adventu in Provinciam successoris l. 10. & ult. ff. eodem.  
125. † Verum an apud Legatum Proconsulis manumittere, ac ado-  
ptura licuerit Quer? Displacet Cujacii negativa. Qvia ad cor-  
rectionem jurium non decet nimis esse proclives, præsertim si  
nulla evidens svadeat necessitas, non enim competit Jctis In-  
terpretatio legum Authentica, qvæ solius Imperatoris est reservata-  
rum, sed duntaxat Doctrinalis, Usualis dependet ex cuiusvis fori  
peculiari, & singulari observantia, qvæ ut singula procedant,  
notavimus in explicat. l. semper in obscuris. 9. ff. de R. J. Princi-  
paliter hanc controversiam contra Cujacium & seqvaces mo-  
vent Hotoman. Duaren. & Corasius, & multi ex modernis hœc  
fundamento sibi unicè præstitutò, ut postqvam Legatus Pro-  
Consulis est provinciam ingressus apud eum manumittere lice-  
at, non ante qvia tunc non habet Jurisdictionem talem, qvo  
ipso bene conciliatur l. 3. ff. de offic. Procons. l. apud Prefectum 17.  
ff. de manumis. undist. qvam antinomiam ceu nodum Gordium  
non nisi ferro scindendum plæriq; clamitant. Explicatur et-  
iam hœc ipso l. 2. ff. de Offic. ProCons. Differentia namq; insignis  
habenda est inter Proconsulem, & ejus Legatum. Illi competebat  
Jurisdictio voluntaria ex qvo egressus erat urbem Romam, atq; hœc  
ipso licitum fuit apud eum manumittere usq; dum provinciam  
suam grederebat, tunc unà cum voluntaria habebat simul contem-  
nissimam Jurisdictionem. Legatus vero Jurisdictionem suam volun-  
tariam demum accipiebat cum provinciam cum Proconsule in-  
grederebat. Ulteriorem controversiæ hujus explanationem propter  
pagellarum angustiam discursui reservamus.

**N**O GELSANGE iteruni Cathedram cum  
laude capessis  
**N** Pervigil in studio, morū pietate pro-  
batus.

Sic decet ingenuos virtutum scandere scalas,  
Conferet & virtus sic tandem dona merenti.

favente animo & calamo  
f.

P R A E S E S .

**Q** Vanta molis erat Romanam condere gentem.  
Tanta molis erat toties mutare magistros,  
Regibus exactis, Populum qui jura docerent,  
Et simul imperii fines extendere possent.  
Hoc opus, hic labor est, aptas inducere formas  
Regnis, felici quod fecit sidere Roma;  
Ceu tua sedulitas musarum cultor amande,  
Pomponii ductu demonstrat lege secunda,  
Quam tamen à multis, Sithmanno Praeside, mendis  
Purgans, ex ipso propinas pocula fonte  
Pieridum musis, quæ mox tua tempora serto  
Fulgenti cingent & multâ laude beabunt.  
Ipse ego qui tersos non possum fundere versus  
Hoc tibi depromo gratanti pectore votum:  
Perge bonis avibus, fælici numine perge,  
Juris & aquarum scrutari pondera legum,  
Atq; virili animo claro sub Praeside tricas

Extr.

*Extricare: Themis sic te super astra locabit  
Et fies tandem Juris Legumq; peritus.*

b.o.c.f.

**HENRICUS GABLER, N.P.**

*Ad Orn. Dn. Respond.*

**I**N tantum Te traxit amor pietatis & æqui  
Ut nunquam Themidi thura litare sinas  
Ipsa paratura est, olim laudesq; decusq;  
Hinc tibi cultori, Diva Themista, suo.

*Debito emine sum ita prosequebatur  
amicum*

**JOHANNES Höller.**

**ANDREAS VOGELSANGIUS**

*nat' avæxamua.*

a. m. e.

**ANGVIS, DELE, SONA, SURGE.**

**Q**VI colis ASTRAEM, prudens esto, velut angvis,  
Vera sona, dele falsa petita, fuge.

Surge; rogo, tandem, ne ceses, MARCIA namq;

*Dominum movet, aeternum murcidus ille manet.*

Surge, velut surgis, procul hinc antiqua VACUNA,

*Premia larga tibi preparat eqva THEMIS.*

Laucula hæc affixit

T. T.

**CUNRAD - JACOB Hildebrandt.**

¶ (O) ¶  
¶







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn757229840/phys\\_0035](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757229840/phys_0035)

DFG





the scale towards document

## VULGO DICATO v die Klapper-Jagd.

33

### §. XI.

Quodsi igitur in iudicio petitorio (a) super ipso ita  
di iure controuersia mouetur, is, cui solum inferi-  
a minor, aut media, venatio data est, a nostro ve-  
modo se abstinere debet in locis, vbi ferae maio-  
bentur. Is autem, qui duntaxat superiori, siue ma-  
audet venatione, tali, vice versa, vt nequit in lo-  
ci ferae minores, aut mediae, subsistunt. Ratio as-  
tius in promtu est, qui alterius ferae per eiusmo-  
nationem disturbantur, et in aliena loca extra ban-  
erium transfugiunt (b). Non debet autem alteri

per

orum numerus praeter necessitatem non sit augendus, si-  
lem id quoque non facile permittitur, vt, praedio, cui  
venandi cohaereret, inter plures possessores diuiso, in lo-  
vnius jaculatoris, qui ante factam diuisionem fuit, postea  
es substituantur. Vid. Mandata Regis Prussiae d. 9. Maj.  
4. d. 10. April. 1709. d. 8. Mart. 1712.

Actiones, quibus partes litigantes in iudicio petitorio ex-  
intur, sunt Confessoria et Negatoria utilis.

Audiamus ante, quam ulterius progredimur, ipsosmet ve-  
tes, quibus potissimum in sua arte credendum est. Huc  
me faciunt tria luculenta testimonia, quae sequentibus  
s concepta sunt:

Steuer der Wahrheit attestire ich Endes, Unterschriebener  
1. Schwarzburgischer Ober-Förster hiermit auf Begehr,  
das so genannte Klappern oder Klapper-Jagen, wenn  
nehm-

E

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No.

Patch Reference numbers on UTT

C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11

0 A 1